



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. VII. De lvramento calvmniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

Quibus, & quando patrocinari, & causas commendare non
licet. Cap. I.

Nemo quisquam, neque Vicarius, etiam Foraneus, neq; procurator, ad-
vocatus ve fisci Episcopalis, neque auditor, nec verò aliis, qui in fami-
lia, familiature Episcopi sit, causarum, quae in Episcopali foro aguntur, pro-
curationem, defensionem, ac patrocinium, nec nomine, nec re ipsa suscipiat,
agat ve, præter illas, quas debet pro suscepti officij munere, & quas præterea
vias causas Episcopus, ab illo suscipi, agive iusserit. Nec verò quisquam eo-
um patiatur, famulos suos in eo Episcopali foro causas non modò agere, sed
ne commendare quidem, minus verò quicquam, vel minimum opere ponere,
quo prædictum, damnum ve cuiquam inferatur.

Neque præterea ipsi, vel fori Episcopalis ministri, vel Episcopi familiares
in causarum commendatione auctoritatem suam interponant: nisi iij sint, qui-
bus pro muneric sui ratione diligenter curandum est, ut lites, controversie,
& causa presertim miserabilium hominum, quam celerrime, & rectissime
in primis desiniantur.

Adiutorum, & Procuratorum malitia coercenda. Cap. III.

Ad iudicatorum, & Procuratorum malitiam Episcopus pena priuatio-
nis, suspensionis ve, officij postulandi, & procarandi in suo foro; alij se
pœnis suo arbitratu, pro sua conscientia coerceat, etiam sine vlla judiciali cau-
se cognitione.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Tit. V I I.

Turamentum calumniæ qualiter exigi potest. Cap. I.

V apud iudicem Ecclesiasticum omni sinceritate iudicia exer-
ceantur; statuimus, atque edicimus, illum non solum litis prin-
cipio, sed in omni eius parte, cum expedire censuerit; atque ex
officij sui munere, tam ab auctore, quam à reo calumnię iusuran-
dum exigere posse.

DE FERIIS. Tit. VII.

Quid diebus festis agi vel ne debeat. Cap. I.

MAXIMAM in eo diligentiam, ac studium Episcopus ponere debet,
ut dies festi pie, sancte q; obseruentur ab omnibus. Cum enim
iij potissimum ad celebrandas Dei, & Sanctorum laudes salu-
tariter instituti sint; curandum est etiam diligenter; ut n*e* ipsi